

absolute loquendo potuisset fieri, ut Christus haberet actum amoris ex actuali Dei gratia prius ordine nature, quam infunderetur illi gratia habitualis, & quod esset sufficienter sanctificatus, & Deo acceptus per solam unionem hypostaticam, quo casu per illum amoris actum meruisset gratiam habitualem: Et licet purus homo non possit de condigno mereri primam gratiam sanctificantem, Christus tamen poterat, quia videlicet in puro homine non invenitur alia dignitas ex parte operantis, sed in Christo supponebatur dignitas inanita penes hypostaticam unionem.

ARTICULUS SECUNDUS.

Soluuntur Objectiones.

430 Inpositum obicitur primo, Christum de facto meruisse sibi gloriam anime, luce ultimam. Non enim oportuit hoc pati Christum & in intrare gloriam suam? si autem necessaria fuit Christo passio, ut per eam in gloriam suam intraret, non ergo fuit illi gratia collata, sed tanquam premium, & merces propriis meritis, & laboribus retributa; Et Hebræorum 2. Videmus Iesum propter passionem meriti gloria, & honore coronatum, & alia plura extant Scripturæ testimonia, eodem modo de Christi merito loquentia in ordine ad gloriam, & beatitudinem suam. Confirmatur ratio, quia illud de facto tribuendum est Christo, quod est perfectius; at perfectus est habere aliquid per proprium meritum, quam gratis, quia habere aliquid per proprium meritum est habere illud propria virtute, qui modus habendi proculdubio perfectior est, quam habere per extrinsecam duntaxat voluntatem donantis. Rursus urget Morandus, in actibus precedentibus prioritate nature, & rationis prædicta dona in Christo sunt omnino requisita ad meritum de condigno, quia illi actus sunt boni supernaturales, liberi Christi erat viator, carus Deo per unionem hypostaticam; ergo &c. Denique cum versetur in mysterio maxime supernaturali, censendum est cum D. Augusti. aliam non esse rationem facti, quam potentiam facientis, si igitur poterat hoc fieri, præstabit dicere illi factum esse, cum id redundet in maiorem Christi perfectionem.

431 Respondeo hæc, & similia loca explicari à Scholasticis, & Patribus de gloria corporis, non anime: Sed dices Anselmum exponere testimonium adductum ad Hebr. 2. non tantum de gloria corporis, sed etiam anime, inquit enim videmus oculis fidei Iesum propter passionem gloria, & honore coronatum secundum animam, & corpus: Verum Anselmus ibi non loquitur de gloria anime essentiali, de qua hic est sermo, sed de accidentalibus, ut contentio tantum in gloria essentiali, quod complementum in ipsa anime impassibilitate consistit, quam simul cum impassibilitate corporis propter sua merita post resurrectionem accepit. Ad 2. satis constat ex dictis n. 424. & inde in probanda hac conclusiois parte, modum habendi beatitudinem in Christo sine merito præcedente, sed potius per modum debiti conaturalis, aut proprietatis, quasi naturalis ad unionem hypostaticam consequente, longe perfectiorem fuisse, quam si habuisset per proprium meritum; sic enim habendo beatitudinem magis assimilata Deo, ut ibi dictum est, quia sic habuit gloriam, & gratiam, veluti per modum nature, & ex vi hilarioris veluti naturalis, tanquam primum donum ad huiusmodi filiationem consequens: Dices, perfectus fore in Christo habere gloriam ex utroque titulo, scilicet, rat. one unionis, & ex merito; sicut filio naturali Regis, cui post Patris obitum iure hereditatis regnum debetur, gloriolius esset, si etiam ob insignem victoriam; & præclara facinora illi conferretur, cum supra dictum sit non repugare idem deberi pluribus titulis. Respondeo utrumque titulum plane honestiorem esse, sed cum ordini nature consentaneum esset, ut Christus operante modo magis conaturali nempe ex habitu, quam ex auxiliio supponeat vicem habitus, fectiam magis contentantem fuit, ut uno titulo eam haberet, quam quod inverteretur ordo nature ubique necessitate; in veris autem esset ad hoc, ut Christus eam habuisset ex utroque titulo, nam operari debuisset abique conaturali principio.

432 Addit Doctor in solutione huius argumenti non fuisse ingloriosus Christo, gloriam de facto habuisse sine merito, quia ex se potentiam sufficientem habebat ad merendum illam, nisi fuisset ex divina liberalitate preventus, unde quod Christus non meruit beatitudinem, non ex ipsius impotentia evenit, sed quoniam merita preventa sunt: Ex quo rursus ad argumentum dici potest, perfectiorem modum esse habere aliquid ex meritis, quam sine meritis, quando in eo qui habet gratis desunt opera, aut valor operum ad merendum, at in Christo non deerant opera, aut valor operum ad merendum, sed solum desuit prioritas nature, & causalitatis, quia potius gratia, & gloria debebant præcedere ad opera, & merita Christi, quia Scoti solutione unum d. a variâ, & alii Recentes; Dices, ad meritum sufficit

prioritas nature in ordinæ præmium; & respondet Doctor sufficere meritum eius; inquit enim, quod sicut Deus creavit in esse nature aliquam naturam, scilicet, Angelî, ad quam creandam non potuit cooperari casualis causæ secundæ propter perfectionem talis nature; ita in genere moris creavit Deus aliquem actum beatificum, ad quem non potest esse aliquid actus meritorius prior; & huiusmodi fuit actus beatificus anime Christi, & hoc propter excellentiam actus, & modi habendi actum, quia immediate antequam haberet aliquem actum; Si igitur actus beatificus anime Christi consideretur quoad modum habendi ipsum, constat sub merito cadere non posse, quia collatus fuit ante omnem actum meritorium; atque ideo, ut sic, sub merito cadere non potest, quia meritum debet saltem nature ordine præcedere premium; sed si actus ille beatificus secundum se consideretur à tali modo præcisus, absolute per merito cadere potuit, quia ex natura rei nulla apparet repugnantia, quod ipsum præcesserit aliqua meritoria operatio, cui ut premium corresponderet.

437 Sed instat Faber citat, quod non tantum ex modo habendi talem actum beatificum, sed etiam ratione excellentie ipsius repugnat cadere sub merito etiam de potentia Dei absoluta, quia meritum ex natura sua, & ex debito iustitiæ debet esse æquale premio, non minoris valoris, alioquin non esset iustitia; at actus meritorius, qui in se potest procurari Christo, non fuerunt, neque esse poterunt æquales excellentie cum actu fructuosis; ergo fructio non cecidit, nec cadere potuit sub merito, considerata quoad excellentiam; Major est clara, probatur minor, quia Christus mereri potuit actus parvis intensivæ, & portiones inferioris, & per dilectionem charitatis verum vitium in Verbo, at patet, quod isti actus non sunt comparandi cum fructione beata, quia hic actus non est ad finem, sed circa finem ipsum, nec circa objecta secundaria, sed circa objectum primum, & est primus actus, & perfectior, quam habere possit voluntas. Neque vult dicere, quod actus illi erant elicitæ à supposito divino; ergo ratione dignitatis suppositi erant infiniti valoris, ac proinde poterant condigne fructificationem mereri. Non valet, quia etiam fructio est actus suppositi divini, & ultra habet maiorem excellentiam ratione sue substantiæ, & circumstantiarum; ergo priores illi actus meritorum non sunt æquales in excellentia cum hac fructione.

438 Respondeo, si hæc ratio urget, probatur pariter neque nos per illum actum mereri posse gloriam de condigno, siquidem comparando actum hominis meritorium cum premio gloriæ, multo nobilior est, ac perfectior visio, & fructio Dei in patria, quam actus quicunque hominis in via, etiam ex gratia, actuali, & habituali procedens; hæc vero difficultatem parvi esse momentam ostendit q. 1. huius disputationis num. 8. quia æquitas, & proportio meriti condigni cum suo premio non debet esse absoluta, aut formalis secundum entitatem, aut quantitatem molis, sed sufficit quod sit æqualitas proportionis, & qualitas secundum entitatem virtutis modo ibi explicato; in hoc igitur sensu quicunque actus Christi meritorius potuit æqualitatem habere cum fructione beata, quamvis illa ratione obicitur, & quoad substantiam actus longè illius excederet in entitate; nec refert, quod fructio anime Christi esset summa, & infinitæ dignitatis ratione suppositi eam efficientis; quia etiam gratia Christi collata summa fuit, & omnes eius actus eandem habebant dignitatem ratione divini suppositi, & ideo Doctor in secunda solutione illius argumenti hæc ratione concessit fructioem Christi potuisse per merito cadere, absolute loquendo, & Christum ex se habuisse sufficientem virtutem ad illam merendam, & eamdem de facto eam non meruisse, quatenus fuit divina liberalitate preventus, ne eam mereretur, alioquin eam mereretur, nisi preventus esset; itaque argumentum probat solùm, quod actus meritorii Christi non fuit comparandi cum fructione beata, nec sunt illi æquales in entitate, & quoad substantiam actus, cum quo adhuc ita, ut possint esse illi inæquales in portione, & quasi secundum quantitatem virtutis, siquidem inter præmium, & meritum sola sufficit comparatio secundum rationem quædam valoris, quo pacto pecunia, quamvis in materia viliori, tamen in æstimatione potest habere valorem ad rem præciosiorem, quæ doctrina communis est, & non solum D. Thomæ qu. 114. art. 3. ad 5. sed etiam D. Bonav. 2. disp. 27. art. 2. in fine, & Scoti 4. disp. 46. qu. 4. in fine, ubi æqualem meriti ad præmium, & demeriti ad poenam vocat æqualem proportionem, non quantitatis.

439 Deinde probatur & contra, necdum de facto, sed nec etiam de possibili potuisse Christum hæc mereri, quia impossibile est moveri ad terminum, & esse in termino, si sed mereri gloriam est moveri ad gloriam; ergo impossibile est esse in termino gloriæ, & moveri ad illum. Deinde vel potest esse tale meritum per opera, que antecedunt ipsam visionem beatam, & hoc non, quia lupponimus animam Christi nunquam caruisse illa visione, & fructione, vel per opera subsequencia, & hoc est contra rationem ipsius meriti; debet enim antecedere premium, cum sit illius causa, & alio modo efficiens. Denique hæc videtur fuisse expressa mens Scoti in hac quaestione, etenim sic ait beatitudinem Christi ad eum extentum fuisse, ut per meritum cadere non poterit, quia de causa Faber ait rationes Scoti, quibus probat Christum suam beatitudinem non meruisse, probat non solum de potentia ordinaria, sed etiam de potentia absoluta, licet ipse loquatur tantum de facto.

440 Respondeo, non esse impossibile simul moveri ad terminum, & esse in termino, quando terminus, & motus esse possent in eodem instanti, sicut contingit de merito, & premio; nam pro eodem instanti, quo quis meretur gratia, augmentum recipit illud tunc qua, ut inquit Averroës, de Christo, in eo casu, non tam diceretur, quod beatus meruisset, quam potius, quod merendo factus esset beatus, siquidem dicebatur, quod prius natura meritis habuisset, & ex vi meriti beatitudinem accepisset; neque in hoc ordine spiritali ulla esset repugnantia, simul esse in via, & in termino, cum ordine tamen nature, ut ex re ipsa constat. Ad 2. dicimus, quod eo casu mereretur gloriam suam per alium actum dilectionis Dei ab actu beatifico dilecti, atque ipso natura priorem; hæc non duratorem, modo iam explicato n. 428. Ad 3. respondet Bellus cum Licheto, Scotum ibi loqui de potentia ordinaria, & de facto, non de absoluta, quia in Scoti sententia potest Deus quemcumque actum bonum etiam minimum accepere tantum meritum de condigno cuiuscunque præmi, quantumvis magni. Sed satisfecit huius doctrine pluribus Scoti ibi satis familiaris abunde ostendit q. 4. huius disputationis, ac etiam q. 8. n. 279. sicut neque Scotum in hoc sensu dixisse meritum pendere ex acceptatione; an hoc pacto qua liber res in se minima dici potest meritum condignum cuiuscunque præmi, quia meritum vis magni, quod sit omnino fallum, fect enim dici potest Petrum præcio condigno equum emisse à Paulo uno quadrante, quod Paulus fuit contentus illum dare pro solo quadrante; & potest quis dici integram Regnum de condigno meruisse, vel minimum obsequium semel Regi factum, quia Rex tali obsequio fuit contentus; que manifeste patet esse absurdum in hoc inter meritum, & præmium de condigno debet intercedere æqualitas, & proportio, & per hoc fecerunt à merito de congruo, & ad eo, quod intervenit per modum simplicis conditionis, sicut contingit in adductis exemplis, ubi obsequium Regi factum pro regno accipiendum, & quadrans Pauli datum pro equo, non intervenit per modum puræ, & simplicis conditionis, non autem per modum meriti condigni, quia inter ea nulla est proportio.

441 Præstat itaque dicere cum Rada loc. cit. quod Scotus ibi non solum consideravit excellentiam præmi in se, & secundum suam rationem, sed præsertim modum habendi illud.

QUESTIO DUODECIMA. An Christus sibi de facto meruerit, vel saltem mereri poterit unionem hypostaticam.

Conveniant omnes Theologi de facto nec Christum suam meruisse Incarnationem, nec humanitatem sui unionem ad Verbum, quod quidem ex pluribus Sacre Scripture testimoniis deducitur, quibus hoc mysterium simpliciter gratis factum dicitur, ut Ioan. 3. sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret ad Ephes. 2. propter nimiam charitatem &c. Et quamvis Vasquez, Averfa, Gallus, Lugo, Bellus, & alii censent has auctoritates intantum non convincere, quia possent explicari, quod merita tantum excludant respectu nostri, non autem Christi, sicut gratia respectu nostri habet rationem doni gratuiti, at respectu Christi habet rationem mercedis; Nihilominus, cum semper Scriptura de hoc mysterio loquens hac phrase utatur, est accipienda etiam respectu humanitatis Christianum dato opposito non potuisset Scriptura in locis citatis cum proprietate, ac absoluta locutione, Incarnationem Verbi, gratie Dei, ac eius benevolentie totaliter adscribere: Tam quia etiam relati Auctores fatentur hoc ipsum D. Aug. pluribus in locis expresse docuisse, ut lib. de concep. & gratia c. 11. & 13. de Trin. cap. 17. & de bona perseverantia cap. ult. in Exheria. cap. 36. serm. 8. de Verbis Domini, & adhuc expressius de prædest. Sanctum cap. 15. quod etiam docuit Scotus 4. disp. 2. quæst. 2. M. ubi ait, quod in universis operibus Dei non fuit aliquid operis mere gratie, nisi sola Incarnatio Filii Dei.

Hoc etiam evidenti convincitur ratione, quia vel Christus suam Incarnationem meruisset, aut eius humanitas sui unionem ad Verbum per opera unionem hypostaticam subsequenti, vel præcedenti, non primum, quia de facto, & de potentia ordinaria meritum præcedit premium, non subsequitur, tunc quia gratia unionis in Christo fuit radix, & primum principium omnis meriti ex Scot. 3. disp. 13. h. ergo sub merito cadere non potuit, aliter idem esset causa, & effectus. Neque secundum, quia hæc opera meritoria humanitatis Christi ad suam unionem cum Verbo, vel præcesserint talem unionem duratione, vel saltem natura, non primum quia est de fide, quam profertur contra Eutychem, Christi humanitatem, & animam non prius duratione productam fuisse, quam Verbo unitam, ergo nec prius duratione aliquid promeruit, neque secundum, quia nec prius natura fuerit existens, non tamen subsistens, sed facta est subsistens per ipsam unionem ad Verbi subsistentiam, at prius natura est humanitatem uniri subsistentie, quam operationes alius elice-re, cum enim subsistentia sit modus substantiæ completus, & terminatus nature, est illi magis intrinseca, quam quodvis accidens, & operatio eius. Tam quia in illo priori natura, in quo humanitas existens non adhuc intelligebatur unita Verbo, non habuit donam gratie sanctificantis, gratia enim habitualis non præcedit unionem, sed subsequitur est Scot. disp. 2. et omnino in Christo fuit inuita unionis hypostaticæ iam peractæ, ergo in illo priori nequivit per aliquam operationem unionem promereri, consequentia patet, quia secunda gratia iam illi operatio non esset supernaturalis, & consequenter neque meritoria excellentissimi doni supernaturalis, qualis est unio hypostatica, quædam Scripturæ auctoritates, & rationes faciles solutionis solent contra adduci, quæ apud Bellum videri possunt disp. 6. q. 3. art. 1. & alior.

Sola igitur remanet difficultas de possibili, nam, scilicet, potuerit Christus de potentia Dei absoluta suam mereri Incarnationem, aut eius humanitas sui unionem ad Verbum per opera unionem præcedenti, vel saltem subsequenti: Prima sententia affirmat potuisse Christum sibi mereri Incarnationem quoad substantiam (in quo sensu hic est questio) per opera antecedenti, non vero subsequenti, unde putant potuisse Deum facere, ut in illo priori inani nature, in quo intelligitur natura, ut existens, priusquam personam, eliciisset aliquem actum, & talem gratiam illi tribuere, ut per illam meruisset Incarnationem, non enim implicat, inquit, quod Deus perverteret ordinem nature, itaque prius comparat nature aliqua operatio quam subsistentia, ita Cajet. 3. part. quæst. 4. art. 2. Hierard. disp. 27. scilicet. Beccan. 3. part. summa cap. 14. qu. 6. Rada tom. 3. cont. 1. art. 3. disp. 1. & alii nonnulli ut Amicus, Arriaga, Orlandus. Secunda sententia è contra sustinet potuisse quidem Christum suam mereri Incarnationem per opera subsequenti, non autem antecedenti, dicunt enim nec de potentia Dei absoluta fieri posse, ut in illo instanti nature priori potuerit humanitas Christi elicere aliquem actum meritorium, itaque ordo nature in subsistendo, & operando possit à Deo immutari, ita Suarez 2. par. disp. 10. scilicet. & 4. cum multis aliis. Tertia opinio affirmat id fuisse possibile utroque modo, tam, scilicet, per opera antecedenti, quam subsequenti, ita Bellus. loc. cit. ubi conel. 3. inquit de potentia absoluta potuisse humanitatem Christi mereri Incarnationem.

tionem per meritum tempore precedenti unione... et loquendo etiam de merito subsequente inquit, adhuc probabilis esse in Schola nostra potuisse Christum per meritum subsequente...

ARTICULUS PRIMUS.

Dei dicitur quod operatio unione precedenti.

442 Incendum primum, spectata etiam Dei potentia absoluta non potuisse Christum sibi mereri incarnationem quoad substantiam per opera unione antecedentia nec de congruo...

443 Respondent Auctores prime opinionis ordinem nature, de quo disputatum non esse adeo firmum, & fixum, ut humanitas non possit ordine nature prius operari, quam intelligatur substantiens...

444 finit solius singularis, suppositi vero solum denominative. Hec solutio ex allata Scoti doctrina directè refellit, quia prius necessarium, ac indispensabile inesse debet naturæ illud, quod inest per se, quàm illud, quod solum inest per accidens...

445 Confutatur totus hic discursus ex principiis jam de substantia præmissis. Quod licet tenendo, substantiam quod positivè dicere, possit fortasse defendi humanitatem Christi potuisse dicere in illo priori nature aliquam operationem meritoriam...

446 Russus eadem disp. 1. mor. q. 5. et. num. 138. dixit quætionem hanc, an substantia, scilicet, sit conditio simpliciter necessaria in natura supposita, vel suppositibili ad operandum, ac indispensabilem, sicut est exitentia, etiam de potentia Dei absoluta...

conditio proxima in esse substantiali naturam, sine qua conditio esse poterit impotens ad agendum; sicut enim substantia est prior accidenti, ita ordine nature prius est habere complementum substantiale, quàm accidentale...

437 Hec tandem probatur quoque, esse potuisse humanitatem Christi mereri incarnationem per opera tempore unione precedentia, ut dicebat Calpensis, Bellutus, Gallus, & alii...

438 Sed Obicitur primum, quia Angeli meruerunt gratiam habitabilem per opera, quam præcesserunt illam reali duratione; ergo & Christi humanitas potuit se mereri gratiam unionis, scilicet de potentia absoluta.

439 Respondetur admissio antecedente negando consequentiam, quia productio Angeli non habuit necessariam connexionem cum receptione gratiæ, qualem habet productio humanitatis cum propria substantia, vel aliena...

ita statim subsequitur ad humanitatis productionem ut inter ambas nulla queat intelligi media actio, quo priorem immediatè sequatur, & alteram præcedat prioritate nature ut optime discursurum Bernal, & Calpensis, quæ est doctrina Scoti 3. disp. 2. q. 2. A. & G. Ad 3. nego omnimodam pariteram in maiori asumpsum, quia licet præsentia in loco, & coexistentia in tempore sit accidentia necessariò connexta cum natura operante...

440 Deus licet humanitati debeat substantia creata, non tamen divina; ergo hæc potuit sine inconvenienti dari post operationem, sicut habuit gratiæ, quia tam indebita erant unio hypostatica humanitatis, sicut habuit gratiæ Angelo. Respondet optimè Lugus disp. 8. s. 1. ex doctrina Scoti allata, quod licet substantia divina determinat non esset debita humanitati danti, quæ tamen per ea quæ erant debita, & idè debet dari pro eodem signo, & independentem temperamentum, sed aliquid, nemo tamen dicit, Christum se disposuisse per meritum præcedens ad aliquid temperamentum.

441 Tandem arguit Arriaga probans substantiam non esse conditionem necessariam, saltem divinitus, ad operandum, nam cum substantiam distinctam creatam non agnovimus, nisi ex eo; quod loco humane fuerit essentia divina in Christi humanitate; & cum multi eam, statuant in aliquo negativo, profectò constat ad eam asserendum esse adeo necessariam essentialiter ad operandum, ut nec divinitus eius defectus suppleri possit, nec esse leve fundamentum; unde multi in anima separata negant omnem substantiam, & tamen non negant actionem.

Respondet negando consequentiam; hoc enim, quod anima separata accitens accidens separatum operari possit, quoad tamen non est substantiens, solum sequitur substantiam non esse conditionem universalem necessariam ad operandum in quacumque natura sed tamen in natura supposita, vel suppositibili; ut dicitur disp. 1. mor. n. 136. & ex hoc quod substantiam in negativo consistat talis necessitas magis deducitur, quia si ponatur consistere in positivo, ut constat ex dictis n. 435. & ex hoc tunc quod si de docetur in Eucharistia accidentia existere, & operari sine subiecto, non tamen docetur substantiam fuisse sine substantia aliqua propria, vel aliena, hincclare deditur tam quoad esse quàm quoad operari, magis pendere substantiam ad substantiam, quam accidens ab inhærentia, ut contra eundem Auctorem diximus in Meth. disp. 1. mor. q. 5. in fine.

ARTICULUS SECUNDUS.

Quid dicendum de operibus unione substantis.

Incendum secundo, neque Christum potuisse per opera incarnatione subsequente illam promereri. Hæc conclusio est communis Doctorum quartæ sententiæ, & contra Suarez, & alios quosdam paucos, & quamvis expressè non habeat ex Scoto, non obdure tamen adducit ex 2. disp. 3. q. 1. contra Magistrum tenet, Angelos non potuisse beatitudinem mereri per opera eam subsequente, quod pluribus ibi firmat rationibus, & ea præsertim, quia tunc quis mereri possit primam gratiam per opera subsequente prævia, quod est fallum, quia principium meriti non potest cadere sub merito, quæ quidem ratio est apud omnes eam tenentes præcipuum conclusionis positæ fundamentum & quamvis P. Bellutus Collega meus oppositum defendens dicat, eas Scoti rationes, vel non conclude, vel si concludunt, probare solum de potentia ordinaria in quo sensu ibi loquebatur; nihilominus rem magis gratam in dubiè Scotistis faciemus ac etiam Doctori ipsi, si dicamus, eius rationes concludere, & non tantum de potentia ordinaria, sed etiam aliquas de potentia absoluta, & illam præsertim in communi Theologorum axiomate fundatam quod principium meriti non potest cadere sub merito, quod est dicere, id quod est principium actionis meritorie non potest esse primum illius ut infra patet n. 455.

443 Hanc probant aliqui, quia est contra rationem naturalem, quod premium substatuatur, nam meritum, ut meritum est causa premium; ergo debet necesse premium antecedere, eique repugnare premium dependere in esse: Tum quia meritum est medium ad consequendum premium, ac proinde non potest tempore esse illo posterior, nam quod est tempore posterior, non potest, tanquam medium, influere in premium, quod tempore præcessit; Tum quia merita dicuntur spes premium, sed non potest esse spes rei iam possessæ, & præteritæ; ergo non potest meritum elici spe premium iam collati. Tum tandem, quia est omnino præter, vel contra naturam meriti, premium conferri, antequam meritum exiit, ac proinde si sic deus, opus est aliquid gratiæ intercedere, quod sub merito non cadat, ac proinde meritum non erit condignum respectu premium sic collati.

444 Hec tamen ratio non concludit, non enim ex hoc, quod meritum est causa premium, sequitur absolute non posse subsequi ipsum premium, quia cum sit causa non physica, sed moralis, non requirit necessarium, quod habeat semper physicam existentiam ante premium: sed sufficit, quod habeat moralem, scilicet, in prævisione, ut patet in gratia antiquis Patribus collata, & B. Virginii intuitu meritorum Christi: sic patet eam merita sine media moraliter influentia, & non physice, sufficere illorum prævisionem non esse tempore posteriori collatione premium: Causæ enim morales non debent necessarium physice existere, dum illorum effectus producantur, sed sufficit tunc prævideri, si præteritis, siue futuris; Nec etiam de ratione meriti est elici præmium, quamvis enim promereri nihil de premio cogitæ præmium, imò illud dandum esse invincibiliter ignoraret, si opus alias habeat ceteras condiciones ad meritum requisitas, verè meritorium erit, & per illud consequetur premium. Nec tandem eius præter, vel contra naturam meriti habere capacitatem, ut condigne premiari possit, antequam existat, licet utique præter eius naturam esset, anticipatam solutionem, ut sibi debitarum exigere, quia sufficienter adhuc præparatur, si retributio illud tempore non precedat, sed sequatur. Dicit itaque Suarez *disp. 10. c. 4.* quod potuit Deus, postquam prædixisset Incarnationem, & prævidisset merita Christi, non exequi Incarnationem, nisi intuitu eorum meritum; quia potuit Deus decreto efficaci per modum intentionis velle Christum existere, & mereri, ex quo decreto, & intentione efficaci videt iam Deus, Christum esse futurum: & habiturum merita; postea ex his meritis futuris sic prævisis habet voluntatem exequendi Incarnationem; licet ergo non potuerit Christus mereri prædeterminationem suæ Incarnationis, quia hec est prima voluntas, & intentio, antequam non potuerit videri merita Christi futura; potuit tamen mereri executionem Incarnationis, quia ante voluntatem executionis potuerunt prævideri futura in intentione merita Christi, & ex ipsius meriti Deus ad volendum executionem.

445 Itaque movetur probatur argumento communi ex Scoto desumpto *loc. cit.* quia fieri non potest, ut principium meriti cadat sub premio, ut uno est principium meriti in Christo; ergo deinde nequit sub Christi merito; Vel sic, idem non potest esse finem causæ, & effectus respectu ejusdem, sed uno est causa meriti in Christo, ergo non potest esse effectus, seu premium ejusdem meriti; Maior illa est commune Theologorum axiomata, ut dixi, que evidenter probatur, nam aliter idem esset causa, & effectus respectu ejusdem, & in eodem genere causæ, quod omnino repugnat ex dictis *disp. 8. phys. quæst. 1.* principium enim meriti est causa meriti, & effectus in eodem genere causæ, cum qua premium est terminus, & hæc operis; ergo quod est principium meriti nequit esse premium ejusdem, alioquin idem esset principium, & terminus respectu ejusdem actionis; Ex quo intelligitur communem illud pronuntiatum etiam in ordine ad potentiam Dei absolutam veritatem: prorsus enim repugnat illud ipsum, quod est principium efficiens aliquid operationem, esse ejusdem operationis effectum (sub ratione premium), atque mercedis; cum ergo uno hypotheticæ, seu Incarnationis sit principium cuiuslibet meriti Christi, cuius opera precipuum valorem suum habent ex dignitate persone, & ex ipsa unione hypotheticæ, non potest cadere sub idem meritum, alias unum, & idem respectu ejusdem esset causa, & effectus in eodem genere causæ efficientis; nam uno est principium meritorum Christi in genere efficiens causæ, & pariter merita sunt causa premium in eodem genere causæ; Ex quo patet insufficientem esse Bellarii solutionem dicentis hanc rationem concludere de potentia Dei ordinaria, non verò absoluta. Nec etiam sufficit, si dicas Incarnationem fuisse quendam causam efficiens physicam meritorum Christi, ac merita Christi fuisse ejusdem Incarnationis causam moralem; nec esse inconvenientis, quod idem sit causa, & effectus respectu ejusdem secundum hæc diversas rationes: Non sufficit, inquam, quia Christi Incarnatio non solum in genere physico, sed etiam morali, imò potius in genere meriti, quam physico, fuit Christi meritorum causa eis valorem tribuens infinitum ex

dignitate persone; satis autem constat ex dictis substantiam, five personalitatem physicam in effectum non influere, sed tantum concurrere, ut conditionem agentis, atque idè potius in genere moris esse causam meritorum.

446 Responderet Suarez *loc. cit.* quod licet idem secundum eandem rationem esse nequeat principium meriti, & premium, bene tamen secundum diversas rationes, ut contingit in proposito; nam Incarnatio, prout in intentione Dei, est principium meritorum Christi; prout verò in executione potest esse premium; sicut à simili eterna gloria, quatenus est in intentione, est principium meriti, quatenus in executione verò, non est principium, sed effectus, seu premium, iuxta quam distinctionem explicatur axioma illud, quod principium meriti est ratio, quæ principium est, non cadit sub merito, cum quo stat, ut possit sub merito cadere alia ratio, quæ non est principium.

447 Sed contra, quia hypotheticæ unio fuit principium meritorum Christi prout in executione, & non prout in intentione, & prædeterminatione Dei; quia actiones Christi, per quas meruit, non acceptent valorem infinitum ab unione, quatenus fuit ab æterno in intentione Dei, sed quatenus actus in humanitate existebat, imò hoc tantummodo fuit principium meritorum Christi, & non aliter, ut latè Vazquez *disp. 12. cap. 4.* quia prout in executione illorum dignificat opera Christi, non prout in intentione Dei; ergo si prout in executione cadit sub merito, principium meriti cadet sub merito, & est effectus illius, quatenus principium illius, quod prorsus implicat.

448 Confirmatur, quia merita etiam in intentione Dei prævidentur, ut merita, & per easque unio, ut respectu valorem habitura ex unione respectu potentia; ergo merita, etiam ut in intentione Dei, & ut sic prævisa, non possunt mereri, quod ponatur illa unio, à qua provenit eorum valor; quia etiam sub tali prævisione essent simul principium, & effectus ejusdem unionis. Tum quia est omnino admittimus paritas adducta de gloria, & hypotheticæ unione, nam gloria est principium meriti, non quatenus est in Dei prædeterminatione, sed quatenus est in hominis intentione, nec est principium meriti per modum efficiens, sicut est unio, sed per modum causæ finalis, ut bene Beccanus advertit, est enim finis ultimus, ad quem homo tendit per opera meritoria, & ex cuius amore movetur ad ea exercenda pro illius delectione; ut animo hypotheticæ non fuit finis, ex cuius amore, & intentione Christus movetur ad bona opera, quibus cum mereri possit, & adipisci, quia ab instanti Conceptionis semper illam habuit; sed potius est tenent ex parte causæ efficientis, quatenus erat sublimis quædam sanctitas tribuens valorem operibus Christi, ut nostram posset perficere redemptionem. Denique exemplum illius axiomatis non bene consonat doctrinæ Patrum, & Conciliorum, quod continent contra Hæreticos probare primam gratiam, quatenus est in executione, sub merito non cadere, nam iuxta illam posuissent Hæretici rationem Patrum eludere dicendo, quod prima gratia, quatenus est in prædeterminatione Dei est principium meriti, non quatenus in executione.

449 Respondent proinde alii medium quandam viam ingredientes, & dicunt argumentum convincere de operibus Christi unione hypotheticæ consequentibus, & ab ea essentialiter in suo valore dependentibus; at non de operibus ab ea in valore independentibus; atque idè potuisse Christum suam Incarnationem promereri saltem de congruo, per opera, quæ habent valorem ex hoc, non unionis hypotheticæ, sed auxilium actualium ad hoc collatorum, ut si illis bene uteretur, assumeretur natura, alioquin remaneret cum sua connaturali hypothetici. Sed Contra, quia cum ea opera prævidentur, ut à Christo futura, ad cuius constitutionem unio hypotheticæ concurrat, semper illam supponunt, ut constitutivam principii quod, & consequenter adhuc principium meriti cadet sub merito. Tum quia cum prædicta opera ex vi illorum auxiliorum eliciat, de quibus causus fingitur, prævidentur in eodem signo rationis exitura cum unione, quia meritum, ut meritum dicit ordinem ad suppositum, tanquam ad causam, siquidem actiones sunt suppositorum, adhuc nequeunt non sortiri ab illa unione valorem infinitum, quare adhuc ex hoc capite esset unio principium meriti, & consequenter incapax, ut caderet sub merito eorumdem operum.

450 Respondet Ponticus cum aliis, quod Deus poterat decretare humanitatem Christi futuram, non determinando quomodo futura esset, an cum, vel sine unione hypotheticæ, & poterat etiam decretare, quod haberet actum amoris supernaturalis, & vi tali operatione, potuit moveri ad decretandum illi humanitati suppositum Verbi, prævidendo ab hoc, quod meritum illud esset de congruo, vel de condigno. Sed Contra, quia Deus non potest effectum videre in se existentem, nisi etiam omnes, & singulas videat causas, à quibus hic

451 Et nunc effectus ille produciatur, ut dictum est tractatu de scientia Dei; ergo nequit videre humanitatem hic, & nunc substantem, & ignorare, an per humanam, vel divinam substantiam, Et rursum, sicut habere nequit cognitionem vagam, & confusam, quæ solum notat existere causam in communi, non verò quæ illa causa sit in particulari, sic nequit videre poterit meritum existens ignorando, an sit congruum, vel condignum: Tum quia etiam hoc admisso, jam in eo casu Deus non daret unionem ex his meritis Christi prævisis, quia hæc merita unione hypotheticam subsecuta, quando ponuntur, valorem infinitum ab ea contrahunt; ergo si pro eo signo non videtur hæc unio determinatè futura, consequenter nequit videtur hoc meritum; ergo non datur unio propter hoc meritum, quod postea fuit, hoc enim respectu cum unione fuit, & ab ea suum habuit valorem.

452 Responderet tandem Bellurus ex Scoto *1. disp. 17. de potentia Dei absoluta* posse aliquem actum præ naturallem ab ipso acceptari, tanquam de condigno meritorium aliquid premium; si ergo actus præ naturalis potest per Scotum acceptari à Deo eodem modo, ac si sit acceptatus de facto actus Passionis Christi, non implicat, quod actus eliciat post Incarnationem, non quidem unio proveniat à gratia unione, quemadmodum dicebat Suarez, nam sic difficiè salvarit, quomodo gratia Christi esset principium meriti, & valor illius actus, & premium ejusdem, quia idem esset causa sui ipsius, ut principale urget argumentum; sed ut est præ naturalis prævisus à Deo, sic causa, cur Deus det illi unionem hypotheticam, & quamlibet gratiam, tanquam premium de condigno.

453 Verùm, an de potentia Dei absoluta possit actus aliquis præ naturalis acceptari ad premium supernaturale, ut meritum de condigno, & quo sensu intelligendum sit Doctor *loc. cit.* jam discussum est *quæst. 3. hujus disp. art. 2.* quæ hic repetere non vacat. Sed bene poterat P. Bellurus ab hac difficultate præciedere, an actus præ naturalis possit esse meritum proportionatum ad unum hypotheticam, & cum relatis Auctoribus dicere, quod si merita Christi considerentur, non tantum secundum bonitatem præ naturallem, sed etiam secundum illud, quod ex bonitate morali, & ex gratia sanctificante, & auxiliante, aut ex aliis virtutibus habent, præciedendo solum à valore unionis, potuisset Deum per merita sic prævisa huic humanitati, quæ in Christo est, unionem hypotheticam, ut premium conferre; sic enim dicendo adhuc excludisset unionem hypotheticam, ut radicem, & causam meritorum Christi; ergo considerandum solum in meritis Christi solum bonitatem naturalem ad excludendum valorem ab unione hypotheticæ provenientem, non solum præter difficultatibus contra præcedentes solutiones obiectis, sed abque ulla profusus meriti aliam incurrit, quod actus præ naturalis possit esse meritum proportionatum premio supernaturali, quod nullus extra nostram Scholam admitteat. Denique hoc etiam admisso, quod actus præ naturalis de potentia Dei absoluta acceptari possit, ut meritum de condigno ad premium supernaturale, adhuc non assequitur intentum; quia adhuc in eo casu esse naturale Christi esset principium illius actus præ naturalis meritorii Incarnationis; ergo cum ad contraturale esse Christi, ut sic, concurrat hypotheticæ unio, quia Christus non habet esse Christi, nisi per eam, tunc unio adhuc esset causa illius actus naturalis, sicut propria substantia in quolibet supposito concurrat ad actiones illius, ergo sicut hæc ratio impossibile est creationem, & entitatem ipsam, & existentiam creaturæ rationalis esse premium, & mercedem operum futurorum, quia tunc esset simul causa, & effectus eorumdem in eodem genere causæ, ita quod esset in casu ipso; licet enim unio ex ea hypothetice nullum daret esse supernaturale operibus Christi, daret tamen esse naturale, quod ponitur esse meritum illius unionis, & sic redit ex integro proposita difficultas ex eo vires sumens, quod principium meriti nequeat cadere sub merito; sicut ergo primum esse hominis illi nequit cadere sub merito, quia hoc ab ipso, ut à causa dependet, ut concedit Bellurus; ita neque opera naturalia Christi, & sub esse naturali præcisè considerata, potuerunt esse unionis meritoria, quæ à data illa hypothetice hæc opera adhuc ab unione penderent saltem in genere naturæ.

454 Nec refert, quod inquit Bellurus, opera non pendere à supposito, ut à principio, quod influat, sed tantum, ut à principio, quod ultimum denominatur, hoc enim non excludit, quia adhuc in condigno simpliciter, & necessario ad operandum requiritur substantia, & quæ ab ea dependet operatio, ut à conditione agentis, quæ dependetia non nisi ad genus causæ efficientis potest reduci. Fallum est insuper, actiones hominis iusti quod unio esse naturale magis efficienter pendere à primo esse hominis illius, & connaturalis eius substantia, quam dependentem actiones Christi à supposito divino; cum enim divina substantia in Christo locum tenet, & vicis omnino supplet præ optima, & connaturalis substantia, planè non minus effen-

455 tialiter in Christo eius actiones dependent à divino supposito, quam actiones Petri à supposito humano, & dependentia eisdem omnino rationis, siquidem actiones nature intellectuales semper dependent à substantia, tanquam à conditione agentis, siue sit propria illius nature, siue extranea.

ARTICULUS TERTIUS

Objectiones solute contra præcedentem doctrinam.

456 IN Oppositum Primb arguit Suarez, Christus de facto meruit gratiam, quæ ante unionem hypotheticam, & merita in re existentia, data fuit antiquis Patribus; ergo pariter mereri potuit gratia unionis sibi in tempore collatum ante merita per solam eorum prævisionem ab æterno, itaut fuerit posteriora quidem ordine temporis, prævisa tamen ab æterno. Respondet negando consequentiam, longè enim dispar est ratio de gratia SS. Patribus collata ex meritis Christi prævisis, & de gratia unionis, quæ Christo daretur ex vi suorum meritorum in præsentia Dei antecedentium, quia gratia Patribus collata non fuit principium meritorum Christi, sicut fuit unio, sed erat simpliciter effectus moralis eorum: Quare opinio nostra non facit vim in eo, quod nequeat premium ordine temporis antecedere ad meritum, & gratis concedit satis esse meritum prævisum ad consequendum premium: Sed negat illud, quod est principium meriti posse cadere sub ipso merito etiam ut prævisio, quia tunc idem esset causa, & effectus respectu eisdem, & in eodem genere causæ, quod contingeret in proposito, ut supra deductum est.

457 Secundo arguitur, non repugnat, ut eadem res sit moraliter causa etiam sui ipsius, ergo nulla est repugnantia in casu posito, probatur assumptum, quia causa moralis non influat immediate in effectum, sed solum ratione voluntatis præstantis, quam allicat ad concedendam aliquid: Quod confirmatur exemplo finis, nam cum hic non concurrat per se, sed media cognitione, & complacentia sui, potest seipsum producere, quia inde non sequitur ipsum finem esse priorem, & posteriorem se, sed solum interferat amorem, & complacentiam in eam rem esse priorem seipsa, hoc autem nullam penitus habet repugnantiam, ergo, &c.

458 Respondet negando assumptum, nam & ea mutua causalitas in causis quoque moralibus repugnat proprio loquendo, quia etiam hæc causæ debent effectum præcedere, idem autem nequit esse prius, & posterius seipso, & eum dicitur, causam moralem non influere immediate in effectum, sed solum ratione voluntatis præstantis, atque idè in proposito solum sequi complacentiam divinam esse priorem premio, non autem ipsa merita, hoc omnino negatur, siquidem non solum complacentia in merito est prior premio, sed etiam ipsum meritum, quia hoc quoque præsupponit debet etiam existentiam saltem in prævisione, antequam sit ea complacentia, cum moveat ad eam, atque idè inde sequitur mutua prioritas etiam in ipso merito, & premio, ut etiam Arriaga advertit *loc. cit.* nisi forte sit sermo de prioritate temporis, in qua utriusque meritum potest esse posteriori tempore premio. Ad Confirmationem negat Arriaga pariter eadem de fine, & merito, satis enim clarum est finem potest esse sui ipsius causam, quia non movet, nisi ut possibiles, non verò ut existens, vel futurus, possibiles autem illius omnino est à futuratione independentes; ac meritum debet prævideri existens, ut moveat. Hæc differentia inter motionem causæ finalis, & meritorie utriusque veræ est, quia meritum non est causa premium præcognitum tantum, ut possibile, quia meritum possibile non est actu, sed in potentia tantum meritum, cum nullum ius habeat in premium, quædam sub sola possibilitate concipitur, ergo, ut sic, non potest actu meritorie causare, cum nulla causa actu causare possit, nisi sit constituta actu in ratione causæ, imò nec potest esse causa premium præcognitum tantum, ut futurum sub conditione, quia neque nec totum sub conditione tantum futurum ullum ius habet in premium, nam meritum causat premium movendo præstantem ad premium retribuendum propter ius, quod habet in premium, ubi autem nullum est ius in premium, nullum est meritum, unde etiam, ut meritum causare nequeat, nisi vel existens, vel ut præcognitum absolute futurum, sed quævis hoc totum verum sit, non tamè proprie dici potest, quod finis causat, & producat premium, potius enim movet agentem ad sui consecutionem, & productionem, unde discrimen proprium inter finem, & meritum non est hoc, quod finis sit causa sui ipsius, non verò meritum, sed quod causa finalis moveat, ut ipsam ponatur in esse, aut obtineatur, causa verò meritoria moveat, non ut ipsam ponatur, nec aliquid consequenter meritum ad eius positionem, sed ut ponatur aliquid aliud nempe premium, ex quo evidenter convincitur, repugnare prorsus merito, quod possit seipsum etiam moraliter causare, quod erat intentum argumenti.

456 Terribi arguitur exemplo, in quo vim facit Suarez, quia potest Rex dare, tanquam premium alicui militi equum, & arma propter opera bellica sequenti tempore futura dependenter ab illis armis, & equo; ergo etiam dari potuit unio, ut premium, propter opera futura dependenter ab eadem unione per modum anticipatæ solutionis. Ad hoc exemplum quod fuit prius Magistri apud Scotum 2. *disp. 5. quæst. 1.* plura dicunt Recentes. Sed brevier dicendum ex Divo Thoma *part. 2. quæst. 114. art. 5. ad 3.* non valere paritatem, quia in labore militis equo utrovis, & armis alicui assignari potest antecedens usum equi, & armorum, quod movere potest Regem ad dandum illi equum in premium, nempe innata militis strenuitas, naturalis dexteritas, & industria ad dirigendum equum in bello, & armis utendum, & alia huiusmodi: atque ita Rex in casu posito non dat arma militi propter usum belli futurum ab illis dependentem, sed propter industriam, & alia opera, quæ à milite fieri possunt independenter ab armis; in Christo autem nullum assignari potest opus antecedens unionem, quod Deum movere possit ad restituendum illi unionem in premium, cum prima, & radicalis ratio meriti in omnibus eius operibus ab unione ipsa proveniat: tunc quia arma non sunt principium meriti in milite, futurum autem fuit principium meriti in Christo, siquidem arma non fortificant militem alias de se ipsam, sed tantum sunt instrumenta, quibus utitur miles ad pugnandum, ac unio sanctificat, & dignificat humanitatem Christi, ut possit apud Deum mereri.

457 Dices, posse Regem dare arma, & equum militi in premium victoriam, quam visum mediantibus contingeretur; & sine quibus eam consequi non possit, ergo pariter Deus dare potuit unionem hypostaticam humanitati Christi in premium opus, quæ eam mediantē faceret. Negatur assumptum, quia ut daret militi illud premium propter opera, tanquam propter merita, opus est, ut antequam daret illud, videret opera futura, quia ut dicitur est, meriti non esse causa premii, nisi à præmiante cogitatur, ut absolute futurum; hoc autem admitti nequit in casu posito, quia Rex videre debet, quod miles illa opera habiturus esset, antequam haberet voluntatem dandi arma; hoc autem fieri nequit, quia victoria, ut supponitur, ab illa voluntate dandi arma dependet: itaque in casu posito Rex daret arma militi in ordine ad victoriam consequendam, quam sine illis videri obtineri non possit, moveri à victoria ad danda illi arma, tanquam à causa finali, non tanquam à causa meritoria; quia ut sic moveretur ab ea, deberet videre illam futuram, antequam velle dare arma, à quibus supponitur dependere, quod implicat; & sic etiam in proposito nostro illa prævisio in Deo factis esset ad constituendam causam finalem, non verò causam meritoriam, quia implicat meritum præcedere radicem, & fundamentum unum meritum.

458 Dices, licet non possit Rex dare militi arma in premium absolute futuram, potest tamen dare sub conditione, si consequatur victoriam; sed merita conditionatæ futura possunt esse causa meritoria sufficiens ad dandum premium anticipatæ. Negatur rursus minor, quia meritum sub conditione futurum nullum habet jus in premium, ut dicitur est, & ideo nequit esse causa premii; alioquin posset Deus aliquem damnare, vel salvare propter merita; sed de merita conditionatæ futura, quod est falsissimum; si igitur Rex daret arma propter victoriam conditionatæ futuram, moveretur ab operibus conditionatæ futuræ, tanquam à causa finali, non tanquam à causa meritoria; ex amore enim victoriæ daret arma, tanquam mediâ, ut miles eam consequeretur; neque daret arma in premium, sed gratis, sub conditione operum futurorum, medio contractu innominato de, ut factus itat ut factis essent sub dominio militis, nisi vero non factis redderentur Regi. Unde ex ipso allato exemplo convincitur, non esse idem principium meriti, & premium, quia principium meriti, quod miles habebit utendo strenue concessis armis, est armorum prima donatio, seu commodatio facta ipsi à Principe; premium autem est continuata armorum retentio seu obsequio, & dominium eorundem; atque ita data sunt arma ab initio militi, non quia miles mereretur, vel meriturus esset, sed potius ut mereretur; postea verò perseverant in dominio militis ex meritis iam factis, ut passim Recentes notant.

Sed instant Bellutus, & alii, dationem armorum ab initio non esse gratuitam donationem, quia præcisa pugna, & laudabili concensione, tenetur Rex ex iustitia, & ex pactione militi arma concedere, ut premium suorum laborum consequentium, & non dando peccat contra iustitiam, quod non esset, si arma non haberent rationem premii; & licet solum præcisa pugna arma incipienti haberet rationem premii, hoc parum refert; sufficit enim premium posse antecedere in executione meritum; imò etiam ab initio dici potest aliquo modo

habere arma rationem premii, tunc solum militi debeantur, & promittantur ratione operis, & laboris futuri, quod non esset, si non haberent rationem premii; donum enim non promittitur, neque datur in ordine ad opera futura, sed omnino independenter ab illis, aliter non esset amplius donum, neque gratia, sed premium, & merces: Tum quia per dationem armorum, tanquam per anticipatam solutionem fuit translatum dominium, & acquiritur jus ex utraque parte, quod etiam evenit in aliis contractibus humanis, ut cum aliquis erogat anticipato tempore pecuniam, vel aliquid aliud operariis, vel Fabris propter aliquod opus postea exequendum, ex qua pactione operariis, si non adimplent conditionem, non solum debent restituere pecuniam, sed etiam ex iustitia tenentur ad omnia damna, quod non esset verum, si erogatio pecuniae fuisset sola donatio conditionatæ, nam tunc miles, vel operariis non teneretur ad restitutionem donati.

459 Respondeo per hoc probari solum dationem armorum non fuisse simplicem, & absolutam donationem, sed potius promissionem, & commodationem eorum sub conditione operum futurorum medio contractu innominato de, ut factus, itat ut factis essent sub dominio militis, nisi vero non factis redderentur Regi, quod gratis concedimus; ad hoc colligitur falsum esse, quod in datione armorum ab initio translatur dominium absolute, & acquiritur jus ex utraque parte; non enim intelligitur translatur dominium armorum, nec jus acquisitionis ex parte militis, nisi adimpleta conditione; Ex quo etiam deducitur illam dationem armorum ab initio non habuisse absolute rationem remunerationis, & compensationis, nec arma rationem premii, quia in largitione premii transferuntur dominium redditæ in merentem, quod hic non evenit; Quod adhuc evidenter ostendo, nam si miles non consequatur victoriam, ob quam arma sunt data, quæro an arma essent militis, necne? si non sunt militis, sed ad restitutionem tenetur ut in arma, quod antea nullatenus habebat absolute, sed tantum conditionatæ, quod sufficiens non erat ad ipsam constituendum verum dominium armorum; Quod si contentus etiam ante fuisse dominium armorum ex vi contractus iuri licet conditionatæ, ergo factus est dominus armorum, sine ullis meritis subsecutis, quia supponimus non constituere esse victoriam, nec strenue se gessisse, concludo itaque quod quando datur arma militi sub conditione, ut pugnaret, non fuerit datur in premium prævisi meriti, sed fuit contractus innominatus de, ut factus, & sic evenit in aliis contractibus humanis in argumento adductis, etque ideo bene dixerunt Faber, & Cæsius in præfati, illam anticipatam solutionem non habere rationem premii, sed potius esse quandam accommodatorem, seu mutuum, vel contractum explicatum de, ut dicit, vel factus, & solum post laborem, & parta victoria, æquum, & arma habere rationem premii, non autem antea.

460 Dices tandem, ex exemplo militis adducto sic explicato concludi saltem, quod Christus mereri potuerit, si non productionem unionis, saltem conservationem; & perseverantiam in ea, quia potuerit Deus esse dare humanitati assumptæ unionem hypostaticam cum hac conditione, quod si Christus bene operaretur, postea mereretur illius continuationem, & perseverantiam. Respondeo concedendo eorum, sic enim aliud est premium, & aliud est meritum, & principium meriti non cadit sub merito, sicut caderet merendo primam unionis productionem, quia premium est unionis jam productæ conservatio, quæ continuatio non est radix valoris in primo illo opere, per quod Christus illam continuationem meruisset; De facto tamen probabilis est, nec eam continuationem meruisse, quia cum rei productio à conservacione non distinguitur, quoad principale significatum, ut dicitur est in Physica, qui non meretur alicujus formæ productionem, a neque mereri censetur illius perseverantiam, sicut homo iustus, quia non meretur primam gratiam, ita neque meretur illius continuationem, & perseverantiam, quibus obtinetur in premium, aut iuxta Scoti sententiam in eo casu gratia obtineretur per actus pure naturalis, non autem per actus ab eæ precedentes in ratione gratiæ. Ceterum quantum hæc à P. Collegæ meo satis subtiliter dicantur, quæ tamen sua non satisfaciunt in eo enim sensu dixit Scotus 1. *distin. 17.* de potentia Dei absolute posse actum ex solis nature viribus elicito accipiari, ut meritum premio inter supernaturali, quatenus persona operans supponeret antecedentem Deo gratia, & accepta per quandam specialem extrinsecam acceptationem, quæ in eo casu suppleret vires, tam gratiæ habitualis, quam actualis, que dantur homini, ut se disponat, ad gratiam iustificatam, à prima vocatione aliquæ ad ultimum dispositionem esse ex meritis Christi; Ex hoc etiam satis

Poste-

461 Poterunt obiciant, non implicat primo ordinare aliquem ad aliquid, ut ad donum, & postea secundo ordinare ad idem ut ad premium, & ut ad coronam, ut patet de facto in electione prædestinatorum ad gloriam, quæ electio ex communi Thomistarum, & Scotistarum sententia facta est independenter à prævisione meritorum, quibus tamen meritis prævisis, ipsi quasi iterum eliguntur ad gloriam, vel ad coronam, & premium; ergo idem poterit in præfati evenire, quod Deus ex sua liberalitate ordinaverit humanitatem Christi ad unionem hypostaticam, & postea providendo opera eius bona futura, quæ ab huiusmodi humanitate unita provenire debebant, iterum eam ordinare ad talem unionem, vel ad coronam, & premium ex eius propriis meritis debitum.

462 Respondeo non valere paritatem de gloria, & unione hypostatica; primo quia licet electio ad gloriam sit prima ordinatio intentionis, tamen est ultima in ordine executionis, & se habet ut effectus finalis, ad quem merita præcedunt; et unio hypostatica, sicut prima est ordine intentionis, ita est executionis, & ideo habere non potest rationem effectus respectu operum Christi ab ipsa procedentium; Deinde quia gloria non est principium meriti beatorum, sed finis sermone illius, & ideo sic cadit sub merito, non sequitur principium meriti cadere sub merito; ac unio hypostatica in Christo fuit principium & radix cuiuscumque operantis meritorie Christi, & ideo sub merito cadere non poterit; unde ut paritas valeat, sumi debet exemplum de prædestinatione ad primam gratiam, quæ quia in nobis est principium omnis meriti, ita gratuito homo prædestinatur ad eam, ut rursus nequeat ad eam ordinari ex ulla prævisis meritis, tanquam ad præmium, & coronam. Vide Suarez *loc. cit.* ad consequenter loquendum non dubitasset admittere fieri quodque posse de potentia Dei absolute, ut homo per opera sequentia, & procedentia ex ipsa prima gratia auxiliante mereretur eandem ipsam gratiam, quam antecedenter accepit, & sic etiam fieri posse, ut homo, per opera sequentia post iustificationem mereretur de condigno gratiam primam iustificationem, quam accepit, quod postea late defendit Coninch *lib. 1. de virtutibus disp. 8. art. 7.* & quoad gratiam sanctificantem Gran. *art. 1. d. 4.* & hoc idem tenet Bellutus *loc. cit.*

464 Verum Scotus 2. *disp. 5. quæst. 1.* oppositum expressè docet. *S. in ista questione*, ubi negat posse aliquem mereri primam gratiam per opera subsequenter prævisâ, quia tunc gratia, inquit non esset gratia, quia esset ex meritis, quibus vere significat, id implicare contradictionem ex natura rei, quia repugnat gratiæ, ut gratia esset ex quo deducitur, hoc argumentum probare non tantum de potentia ordinaria, ut ait Suarez, sed etiam de absolute, quia probat implicare contradictionem, ut bene advertit Faber; quod evidenter deducitur ex axiomate Patrum, & Theologorum, quod principium meriti non cadit sub merito, quia principium meriti se habet in genere causæ efficientis, & sic utique se habet prima gratia auxilians respectu operantis, quod eius virtute fit; & rursus causalitas meriti erga premium reducitur ad genus causæ efficientis, & in hoc genere est medium ad illud consequendum; ac implicat duo esse sibi invicem causas in eodem genere causandi ex dictis *disp. 8.* Phys. quia tunc idem respectu eiusdem esset simul causa, & effectus, quæ est manifesta implicancia; Tum quia implicat dicere, si opus i quia confertur gratia, & confertur gratia, quia sit opus, item datur auxilium propter faciendum opus, & sit opus propter consequendum auxilium; ac hæc omnia planè sequuntur in eadem gratia sic premium operis eæ consequitur ergo prima gratia nequit cadere sub merito operis ex ipsa consequentia.

465 At inquit Bellutus hæc rationem apud Scotum de potentia absolute non concludere, quia in 1. *distinctione 17.* docet gratiam non ex natura sua, sed ex ordinatione; vix esse principium meriti, & posse actum aliquem pure naturalem de potentia absolute acceptari à Deo, tanquam de condigno meritorum aliquo premio; licet ergo in casu de potentia Dei absolute sequatur gratiam non esse principium meriti, neque esse gratiam, sed mercedem; hoc tamen secundum Scotum non implicat; unde inquit argumenta adducta urgere contra Suarez, qui etiam in eo casu admittit gratiam esse principium meritorum subsecutivum, quibus obtinetur in premium, aut iuxta Scoti sententiam in eo casu gratia obtineretur per actus pure naturalis, non autem per actus ab eæ precedentes in ratione gratiæ. Ceterum quantum hæc à P. Collegæ meo satis subtiliter dicantur, quæ tamen sua non satisfaciunt in eo enim sensu dixit Scotus 1. *distin. 17.* de potentia Dei absolute posse actum ex solis nature viribus elicito accipiari, ut meritum premio inter supernaturali, quatenus persona operans supponeret antecedentem Deo gratia, & accepta per quandam specialem extrinsecam acceptationem, quæ in eo casu suppleret vires, tam gratiæ habitualis, quam actualis, que dantur homini, ut se disponat, ad gratiam iustificatam, à prima vocatione aliquæ ad ultimum dispositionem esse ex meritis Christi; Ex hoc etiam satis

ceret pura natura ad meritum, sed interveniret adhuc specificæ Dei beneficium, quo actus ex solis nature viribus elicitus fieret premio supernaturali proportionatus, & specialiter Deo acceptus, ut ibi explicatur est.

Ex quo deducitur, quod omne opus meritorium nostrum etiam de potentia Dei absolute loquendo, procedit ex aliquo primo beneficio Dei gratis exhibito, five hoc fit per modum habitus permanentis, five per modum actus transiens ad five per modum a specialis extrinsecæ acceptationis, ut in casu posito eveniret; ita quod impossibile est opus nostrum esse gratum, & meritorium apud Deum sine gratia, vel beneficio divino gratis dato aliquo ex predictis modis; ergo pariter impossibile est, ut recte dicitur Faber, quod beneficium illud possit per aliquod opus mereri, quoniam opus meritorium semper præsupponit illud, tanquam fundamentum, & ideo repugnat operi meritorio ad illud gratuitum beneficium ordinari, tanquam illius meritorium, & tanquam morale causa non existentis illius, & pariter tanquam effectum illius, & ab ipso accipere vim merendi ob implicancias superiores adductas; ad quod universaliter verum fit de potentia Dei, tam ordinaria, quam absolute, posse dari meritum premium supernaturalis sine aliquo gratuito beneficio; quod fit principium meriti, & in casu posito esset specialis Dei acceptatio, tam operis, quam personæ merentis; & tale principium merendi nunquam posse cadere sub merito, & esse premium meriti, cuius est principium Plures etiam explose est doctrina illa pluribus Scotis familiaris, quod meritum totaliter consistat in acceptatione divina ex Scoto 1. *disp. 17. q. 11.* Idem quoque acceptatæ posse quæcumque actu pure naturalem, ut de condigno meritorium premio supernaturali. Quoniam inter meritum, & præmium debet intervenire aliqua proportio, alioquin actus ille, vel erit solum meritorium de congruo, vel concurret per modum pure conditionis ad consequendum, quod pro eo datur non autem per modum meriti. Tum quia aliquoquin Deus acceptatæ pro merito de condigno etiam actum naturalem pure indifferentem, quod est saltem, quia bonitas meritoria necessario supposit in actu bonitatem saltem moralem, ut Scotus docet quodlib. 17. & alibi frequenter, quod si Deus premium supernaturali concederet pro actu indifferenti, tunc sine intervenire pure per modum conditionis, & nullatenus per modum meriti. Tum tandem, quia falsum est Scotum loco citato, dicere meritum totaliter consistere in acceptatione divina, inquit enim solum consistere in ea complete, seu per modum complementi; quibus verbis significat al aliquid præiudicari conditiones in actu, ut possit dici meritorium, antecedenter ad divinam acceptationem, licet hæc sit prior necessaria ad rationem meriti complendam; quod etiam quomodo intelligendum fit de mente Doctoris, late explicatum est q. 4. huius disputationis, ubi distinximus pro hoc puncto percipiendum duplicem acceptationem, unam habitalem, & aliam actualem.

QUESTIO DUODECIMA.

Quid Christus meruit nobis.

467 Conveniunt cum Scoto 2. *disp. 19.* quæst. 1. Christum Dominum meruisse omnibus lapsis omnem gratiam illis collatam, ut resurgant, atque ita gratiam iustificantem, & remissionem peccati, tum orignalis tum actualis, quod expressè docuit D. Paulus ad Rom. 3. *Insuper gratia per gratiam ipsam per redemptionem, quæ est in Christo Iesu*, ubi dicitur iustificari gratiæ respectu operum nostrorum, quia opera nostra non merentur iustificationem, non verò respectu meriti nostri Christi, quia nostra iustificatio pendet ex meritis Christi; iterum or notat Scotus 4. *disp. 2. quæst. 1.* nullum esse inconveniens, gratiam habere causam meritoriam extrinsecam, licet non possit habere causam sui meritoriam de condigno, etiam postea de congruo, respectu illius; cui confertur. Idem docuit ad Ephel. 1. in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum divitiis gratiæ eius, quæ superabundavit in nobis, & idem docet Trid. *sess. 6. cap. 7.* ubi dicitur, Christum fuisse causam meritoriam nostræ iustificationis, quæ necessario includit remissionem peccatorum; Et ratio est quia, hæc est præcipua causa, cur Christus patri, & morti volueritque pro nobis satisfaciatur, & nos à servitute peccati redimeret, ac Deo gratos, & acceptabiles redderet.

468 Soli tamen aliqua difficultas an Christus meruerit nobis etiam dispositiones, quibus præparamur ad gratiam iustificatam, & peccatorum remissionem cuiusmodi sunt motus fidei, spei, dilectionis, & contritionis; Quæ enim in id negasse videntur apud Vasquez *disp. 77. cap. 1.* Communis tamen docet, auxiliâ quocunque gratiæ excitantur, & adjuvantur, que dantur homini, ut se disponat, ad gratiam iustificatam, à prima vocatione aliquæ ad ultimum dispositionem esse ex meritis Christi; Ex hoc etiam satis